



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de**

**Tolosae, 1614**

A Clemente VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

---

A IVLIO II.

MATHAEVS LANGIVS Cardinalis Germanus ad quē Trithemii & Ioannis Francisci Pici Mirādulae leguntur Epistolae Erasmmum in famulitio habuit, eiusque quaedam extat Epistola ad Federicum Nauscum. Obiit Saltzburghi anno 1540.

---

A LEONE X.

GVILLELMVS DE CROÛY, Cardinalis Belga Ludouicum Viuem in famulitio habuit, extatque quaedam eius epistola ad Erasmmum. Obiit Vvornatiz anno Christi 1521. ætatis 23.

IOANNES SALVIATVS Florentinus Cardinalis, cui Lilius Gregorius Giraldu, Ioannes Baptista Pigna, Ragius Florentinus, & Franciscus Romæus libros inscripserunt, Georgium Balsamonem græcum in famulitio habuit, eiusque legitur epistola ad Gregorium Cortesium. Obiit Rauennæ anno 1573.

NICOLAVS RODVLPHVS Florentinus Cardinalis Ambrosii Quistelii auditor, Mathæum Auarium Coryrensem & Constantinum græcum in famulitio habuit, eiusque legitur Epistola ad Cortesium. Obiit Romæ anno 1550.

ALBERTVS A BRANDENBVRG Cardinalis cuius 14. extant Epistolae ad Clementē 7. Nauscum & Erasmmum. Obiit Moguntiz anno 1545.

ERARDVS A MARKA ex Comitibus de la Mark Cardinalis, cuius leguntur Epistolae ad Erasmmum & Nauscum. Obiit Leodii anno 1538. Ibidemque in Cathedrali cum hoc iacet Epitaphio.

*Erardus à Marka mortem habens præ oculis viuens posuit.*

---

A CLEMENTE VII.



MARINVS GRIMANVS Cardinalis, cuius tres leguntur Epistolæ ad Ioannem Fabri & Nauseam. Obiit Vrbe veteri anno 1546. Ibidemque in cathedrali iacet cum hoc Epitaphio.

*D. O. M. Marino Grimano Veneto S. R. E. Cardinali, cuius virtutum in omnes gentes egressa memoria, magis apud animum cuiusque quàm apud tumulum hospitatur. Illustrium ergo virorum verum sepulchrum animus hominum, Æditiu beneficiorum memores, ex publico decreto instaurarunt.*

MERCURIUS GATINARIUS Allobrox Cardinalis, cuius leguntur Epistolæ ad Erasmum. Obiit anno 1530. in Oppido Inspruch Comitatus Tyrolis.

BERNARDVS CLESIVS Cardinalis Germanus, cui libros dicauit Erasmus, scripsit Epistolæ 27. ad Nauseam, Ioannem Fabri, & alios. Iacetque in cathedrali Tridentina cum hoc Epitaphio.

*Bernardo Clesio S. R. E. tituli S. Stephani in Cælio monte, Presbytero Cardinali Episcopo Tridentino, & administratori Brixinensi, ob multa magnaque in hanc Ecclesiam merita, æternâ memoriâ digno postum. Obiit 28. Iulij 1539. Sedit 25. annos, mensem unum, dies 24. Vixit annos 54. menses 4.*

A PAVLO III.

ALEXANDER FARNESIUS Cardinalis Pauli 3. nepos, Romulum Amasæum, Fuluium Vrsinum, Onuphrium Panuinium, Annibalem Carum, & Nicolaum Ardinghellum omnibus demùm honore antelatum famulis adnumeravit. Eiusque leguntur Epistolæ 5. ad Sadoletum, Ioannem Fabri & Nauseam. Obiit anno 1589. Romæ iacet in æde Nominis IESV cum hoc Epitaphio.